e-codices

sed nil de singulari nequitia ac turpitudine detestanda adducam, et vero sinite Ad. Adm. me hoc loco præterire nostram calamitatem, deterreor enim turpitudine eorum, et vestra Ad. Religio, dignitasque ante oculos mihi obversatur, unde potius quid vos audire, me vero loqui deceat considerabo, insinuabo tamen per insignem impudentiam illorum Proserpinæ illi Inferorum Reginæ, et Pharmaceutriæ luctuosissimæ sacrificatores olim, per hanc ipsam sancte, ne sacra sua violarent, veteres a templis, ab aris, a solemnioribus sacrificiis exclusisse canum greges, nec unquam comparere admisisse, ab Herculis enim Dei, Herculis inquam, sacrificio exclusi canes, a sapientiæ Deæ Minervæ sacris in arce Atheniensi arcebantur, nec in Delo ad ipsius Dianæ sacra admittebantur, quanquam custodes Deæ censerentur, per execrandam illorum immodestiam atque impudentiam, a qua nimis, et verberibus, nullis studio deterreri possunt; unde et laudabiliter in Christianorum templis virgæ, quibus expellantur, eriguntur, obsunt enim plurimum, perturbant Concionatores, divini verbi prædicatores, impediunt latratu ne Auditores salutares eorum doctrinas vel tantum ternatas percipiant, ut his malorum omnium incentor Stygiique Prædo Lucifer hic ad pervertendas hominum mentes uti videri possit, dum virginum ripariumque suggerunt etiam in templis virginum flammas sæpe impudentis cupidinis excitant, sed cur, quod quotidie experimur obstrudo indentidem, cur dolorem renovo, si crambe repetita mors est, quid ni quod per se mortis venena plendit repetitum mors erit? vulnus tempore progrediente recrudescens, quod prius vehementem inde causat vehementissimum. Itaque finem dicendi faciam, ne si ultra quid de illis invectigo in nihil mala ova

(quanquam similiores fuerint haris.

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20248r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20248r)